

illum ad me. & in corpore illum. & exiit ab eo de nouo.
 & curatus est puer. ex illa hora. **T**unc accesserunt discipuli
 ad ihm secreto. & dixerunt. Quare nos non potuimus eicere
 illum. Dicit illis propter incredulitatem uestram. Amen
 quippe dico uobis. si habueritis fidem sicut granum sinapis.
 dicetis monti huic transi hinc. & transibit. & nihil impossibile
 erit uobis. hoc autem genus non eicitur. nisi per orationem
 & ieiunium. **C**onuersaturus autem eis in galilea. dixit illis
 ihu filius hominis tradendus est in manus hominum. & occi
 dent eum. & tertio die resurgens. & contristati sunt uehe
 menter. **E**t cum uenissent in capharnaum. accesserunt qui
 didragma accipiebant ad portum. & dixerunt ei. Magister.
 uester non solum didragma ait. & non. Et cum intrasset
 domum. praecedent eum ihu dicens. quid tibi uidetur simon.
 reges terrae a quibus accipiunt tributum uel censum. a filiis
 suis an ab alienis. & ille dixit ab alienis. Dixit illi ihu. Ergo
 liberi sunt filii. Et autem non scandalizet uos eos. uade
 ad mare & mitte hamum. & cum piscem qui primus ascen
 derit tolle. & aperto ore eius. inuenies statum. illum
 sumens. da eis pro me & te.

De illis qui accesserunt discipuli.

Ad ihm dicentes. quis putas maior est in regno caelorum.
 & aduocans ihu paruulum. statuit eum in medio eorum.
 & dixit. Amen dico uobis. nisi conuersi fueritis & efficiami
 ni sicut paruuli. non introibitis in regnum caelorum.
 quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste. hic
 est maior in regno caelorum. & qui susceperit unum par
 uulum tale in nomine meo. me suscepit. **Q**ui autem
 scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me credunt.
 expedit eum suspendatur mola asinaria in collo eius.

